Pateat universis per presentes quod ego Willelmus de Lee de Crofton relaxavi et pro me et heredibus meis quietum
clamavi Ricardo filio Ricardi Talleshone et heredibus suis totum ius et clameum que habui vel aliquo modo habere potui in una
bovata terre cum pertinenciis in Mondeslegh quam Johannes de Walton et Matilda de Ragre mater mea dederunt dicto
Ricardo Talleshone patri suo in feodo simplici cum scripto salvis mihi et heredibus meis octo solidatis redditus de eisdem
tenementis exeuntibus ut patet in eadem carta. Ita quod nec ego dictus Willelmus nec heredes mei aliquod ius vel clameum
in predicta bovata terre cum pertinenciis salvis mihi et heredibus meis redditu supradicto de cetero exigere vel vendicare
poterimus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui. Hiis testibus Johanne de Hornby, Rogero
de Thorpe, Thoma de Lee, Rogero filio Hugonis de Mondeslegh, Johanne filio Magistri Ricardi Banastre
et aliis.

No. 10

16 a g

Relaxacio Willi Lee de Westm[illegible] facta Ric[illegible]
filio Ric[illegible] [illegible] in omnibus terris [illegible]
in [illegible] Johis de Walton
et [illegible] de [illegible] [illegible]